

gina. Et vale, DEO commendatus,
 Dabam Sagani postr. Cal. Mart. Greg.
 Anni 1629.

J. Keplerus Matthiæ Berneggero

S. P. D.

Clarissime amicissimeq; vir. Gör-
 licium veni, 7. milliaribus Saga-
 no, Epistolæ meæ causa, quam
 Rhambanus Typographus & cu-
 stos, neglexit mittere Liptiam &
 Francofurtum: & sportulæ causa,
 quam manibus meis collectam Sa-
 gani, renuit imprimere ante 3. septi-
 manas. Dum hic sum, literas acci-
 pio mearum, quibus tua in filiam
 meam munificentia commendatur,
 omninò cum querela inopinati &
 pœnitentia petitiones. Ego, ut Tibi
 gratias agam, onus aliud impono, sis
 filiaë maritandæ pater. Scribit ad
 me soror, de Medico Kirchemensi
 Renzio viduo. Vellet hunc legere
 affinem.